



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Athanasius Ep 2. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

280 VITÆ SANCTORUM. 2. Maii.
jussus, ad D. Mauritii tumultum abiit,
causamque illi commendavit; ageret
hanc, ut suam olim apud DEUM: adesse
fatentem reum: supplicia precari, non
deprecari: scyiret nunc etiam pater Deus,
modò olim iudex parceret: quam pœ-
nam tam nocens filius meruisset, tum se
monstrasse, cum innocentem occideret.
Lacrymis non posse fatis elui manus; san-
guine posse, sed suo; huic fundendo jam
se initium dedisse, cum filii funderet:
quem malè libasset, rectiùs litaturum
se. Et verò damnatus voti est: bello
enim in annum D. XXVI. à Clodoviro
Gallorum Rege petitus, captusque, &
capite plexus, in puteum est abjectus. Sed
tam ignobile sepulchrum pœnitentis il-
lustrius cantu suo luminibusque cælum
fecit; quin ægri magno numero morti
jam proximi sanitatem inde suam hauserunt,
itaque quam uni eripuit vitam, longè
plurimis SIGISMUNDUS restituit.

Ex Gregor. Turon.

*Ascendat homo adversum se tribunal
mentis suæ: & constituto in corde iudicio,
adsit accusatrix cogitatio, testis conscien-
tia, carnis ex timor, & sanguis animæ con-
fidentis per lacrymas profluat. S. Aug. lib.
50. Hom.*

S. ATHANASIUS EP 2. Maii.

Non rarò pueritia toti vitæ præludit.
Ita ATHANASIUS Alexandria
inter

2. Maii. VITÆ SANCTORUM. 28r
inter lusus adolescentiæ puer à pueris in
Episcopum lectus, natu deinde grandior
ab ipso met celo est confirmatus. Diffi-
cile est dictu, quæ bella jam Pontifex
cum Arianis gesserit. Producta in me-
dium concilium muliercula, vim pudori
suo illatam mentiebatur ab ATHANA-
SIO, quem ne noverat quidem. Hic
alius non nemo suppetias laturus inno-
centiæ, ideoque ATHANASIUM sese
assimulans; heus, inquit, egone vitium
tibi feci? mox illa: tu vero ipsissimus.
Ita cum & se & impietatem omnium
risui exposuisset, exclamant Ariani oc-
cisum ab ATHANASIO Arsenium
(quem eam obrem longè illi amandave-
rant) proferuntque manum velut incan-
tationibus ab eodem devotam. Sed in
tempore amici innocentis reduxerant
Arsenium. Is itaque in templum pro-
gressus, viræque suæ luculentis ipse testis
ostendit, se quidem utramque manum,
ceterum accusationem nec caput, nec
pedes habere. Exul nihilominus sæpè
ATHANASIUS totum pænè orbem
pererravit. Annos in cisternâ quâdam
latitavit quinque, indeque in impios ca-
lamo egregiè pugnavit. Fugienti cum ho-
stis instaret, navim vertit, jamque ob-
vius quærentinum ATHANASIUM vi-
disset, respondit, non longè illum abes-
se. Ita rectâ Alexandriam reversus, in pa-
trio conditorio inter morruos quatuor

S 5

men-

282 VITÆ SANCTORUM. 2. Maii.
mensis vixit, inter vivos deinde mortuus
anno CCC. LXXII. nunc inter mor-
tuos iterum vivit. Ex Bayon.

*Sicut fructus non invenitur in arbore, in
qua flos prius non apparuit; sic in senectū
te honorem legitimum consequi non poterit,
qui in adolescentia disciplinâ alicujus exer-
citatione non laboravit. S. Cypr. de 12.
Abus.*

S. ANTONINUS EP. 2. Maii.

ANTONINUS Florentinorum Præ-
sul. ad CHRISTI in cruce imagi-
nem sublimis raptus, mellitissimis vul-
nerum osculis aliquandiu inhæsit. Atque
ex his illum uberibus hausisse amorem
crede, quem in omnes postea pauperes
dispensavit, tum ratus præclare se rem
administrafse domesticam, si domi nec
supplex, nec penus esset. Viderat ad-
ibus Cælites insidere; ingressus cum
duas ingenuas, sed pauperes virgines opè-
ri cum matre intentas reperisset, liberali
manu paupertatem sublevavit. Verum
cum illæ se luxui deinceps dedissent, pul-
sisque è tecto bonis geniis mali successis-
sent, ut meliores iterum hospites in ades
immigrarent, emigrare otium iussit. Il-
lud jucundum dictu. Rusticellus cani-
strum pomis onustum Divo donarat.
Hic gratias habuit. At cum ille refer-
ri sibi maluisset, ANTONINUS po-
mis